

paris sunt agricole: sed et artifices manuales. tercia quod negotiatur circa foem, quarta mercenarij. quinta pugnatores et armigeri quos necessarii sunt in ciuitate existentes non debet seruire inimicis.

Qui alterius erit non est per se sufficiens.

Sine principibus impossibile est esse ciuitatem.

Littere vacare non existentibus prouentibus est impossibile.

In genuitas et nobilitas sunt virtutes et diuitie antique.

In omni ciuitate sunt tres species hominum. scilicet pauperes: diuines: et mediocres. inter quos optimi sunt mediocres: quod medium semper est optimum. media possessio bonorum exterorum est optima quia facile estrationi obediunt.

Nobis numerus est pulchrius: numerus forte: numerus ingenuus: numerus diunes. habet et ratiū: sed numerus fetidus: numerus debilis: numerus ignobilis. Rōsequitur quod quidam eorum sunt injuriosi et in magnis plorantibus. quod autem astuti et in paruis valde nequeant.

Qui sunt nimis diuites et potentes nec sciuunt nec volunt subiici. qui autem minus ingenii sunt et viles nesciunt principari.

Mediocres ciues maxime salvantur in ciuitate quia ipsi nec desiderant aliena ut pauperes. nec alij pauperes existentes horum substantiam desiderant. et ergo nec insidias patiuntur: neque fraudes faciunt: quapropter sine periculo vivunt.

Maximum eufortunatum est ciues mediocrem substantiam habent retinaculum sufficientem eis. quod propterea regitur ciuitas.

Quanto aliquid magis attingit medium tanto melius est. quanto autem aliquid magis distat a medio tanto peius.

Digne ciuitates plus sunt sediciose quam parue. quia multum est ibi medium.

In magnis negotiis oportet unum ordinare ad unum opus. quod cura meius est intenta circa unum opus quam circa multa.

Sequuntur autoritates. vel libri politicorum aristotelis.

Omodum plus est iniquale est.

Qubique proprius iniquale fit sedatio.

lnu.

Nobilitas generis et diuitie sunt principia et fontes seditionis.

Nobilitas et virtus in paucis inveniuntur.

Dinores ut sicut equales seditiones faciunt. equales vero resistunt maiores.

g. 1.

Folio

Quod parum est quasi nihil differt ad eo quod non est.
Omnis diversitas videtur facer e seditionem
Seditioes que parue sunt primo quasi non fuerint inter do-
minos conualescunt.
Principium alicuius videtur esse dimidium totius, pater et
filius simul principari nequeunt
Police maxime dissoluuntur propter iusticie transgressiones
Contrariorum contraria sunt factiva
Parue expense sepe facte substantias sepe consumunt.
Periculus est principi dare subditu suo magnos honores.
Regnum seruatur per amicos.
Re iusticiam seruare debet
Contumelia est causa ire
Nullus manum suam mittit ad impossibilia
Non de facili potest inuadiri qui est soberus et vigilans, si qui
est dormiens, quapropter principes ut non sint inuasibiles:
sommum et ebrietatem multum evitare debent.
Princeps debet esse deicola, quia minus timent homines in
iustum pati a principi deicola putant ipsum esse
Oportet principem bones honorare et ipsummet honorem
distribuere
Supplicia autem non debet distribuere per se sed per alios.
Si princeps aliquem de potestate sibi tradita vult deponere
gradatim hoc debet facere: et non simul auferre tota potest.

¶ Sequuntur autoritates, vi. libri politiorum aristotelis.

Onus libertatis est vivere ut aliquis vult: quia seruus
non vivit ut vult.
Pluralitas in electione personarum prefertur paucitati, sumi-
liter magnitudo dignitatis prefertur paruitati
Optimus populus est qui terrecultrius est.
Agricole qui non habent necessaria circa opera immorantur
et aliena non concupiscunt
Agricole magis concupiscunt lucrum quam honorem: quia des-
lectabilius est eis laborare quam principari